

& Apóstolus Paulus, sed quotquot iudicantur sunt, propter significationem universitatis ad sedes duodecim pertinent: quemadmodum quotquot intrabunt, ad duodecim portas pertinent. Partes enim mundi quatuor sunt, Oriens, Occidens, Aquilo, & Meridies. Istæ quatuor partes assidue nominantur in Scripturis. Ab istis quatuor ventis, sicut dicit Dominus in Evangelio, à quatuor ventis se collecturum electos suos: ab omnibus ergo istis quatuor ventis vocatur Ecclesia. Quomodo vocatur? Undique in Trinitate vocatur. Non vocatur, nisi per baptismum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quatuor ergo ter ducta duodecim inveniuntur.

**R.** Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contententes iussa principum, meruerunt premia æterna: Modò coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lavaverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò. Glória Patri. Modò.

### In tercio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

### Lectio vii. Cap. 11. d.

In illo tempore: Respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terre, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi. *Sermone 10. de Verbis Domini.*

**V.** Venite ad me omnes, qui laboratis. Quare enim omnes laboramus, nisi quia sumus homines mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt invicem angustias? Sed si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia cha-

ritatis. Quid ergo dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, nisi ut non laboretis? Dénique promissio eius in promptu est, quoniam laborantes vocavit. Quærent forte, quæ mercede vocati sunt. Et ego vos, inquit, reficiam. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia & invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare, sed quoniam mitis sum, & humilis corde.

**R.** Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calicem Domini.

### Lectio viij.

**M.** Agnus esse vis? à minimo incipe, Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamentò prius cogita humilitatis. Et quantum quisque vult, & disponit superimponere molem ædificii, quantum erit majus ædificium, tantò altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur, in superna consurgit: qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celsitudinem humiliatur, & fastigium post humilitationem erigitur.

**R.** Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam: Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. **V.** Sancti per fidem vicèrunt regna, operati sunt iustitiam. Quorum. Glória Patri. Quorum.

Si hoc Festum venerit in Quadragesima, nona Lectio legitur de Homilia Feriæ occurrentis, & de ea fit Commemoratio.

Lec-

### Lectio ix.

**Q.** Uod est fastigium construende fabricæ, quam molimur? quo perventurum est cacumen ædificii? Cito dico, usque ad conspectum Dei. Videtis quam excelsum est, quanta res est conspiciere Deum. Qui desiderat, & quod dico, & quod audit, intelligit. Promittitur nobis conspectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est videntem videre. Nam qui colunt falsos deos, facile illos vident: sed eos vident, qui oculos habent, & non vident. Nobis autem promittitur visio Dei vivitens & vidētis.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Laudes, & alias Horas, omnia de Communi Apostolorum. x.

### FESTA MARTII.

Ante Quadragesimam, prima die non impedita, dicitur Officium Defunctorum. clvi.

### DIE IV. MARTII.

In Festo Sancti Casimiri Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, lxxij. præter ea quæ hic habentur.

### Oratio.

**D.** Eus, qui inter-regales delicias, & mundi illicebrias, Sanctum Casimirum virtute constantiæ roborasti: quæsumus, ut ejus intercessionem fideles tui terræna despiciant, & ad cœlestia semper aspirent. Per Dominum nostrum.

Deinde fit Commemoratio Feriæ, si venerit in Quadragesima.

Postea S. Lucii Papæ & Martyris. Antiphona. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Glória & honore coronasti eum Domine. **R.** Et constituisti Pars Hyemalis. Xx

eum super opera manuum tuarum.

### Oratio.

**D.** Eus, qui nos beati Lucii Martyris tui atque Pontificis annuæ solemnitate laticis: concede propitius; ut cuius natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

In primo Nocturno, si venerit in Quadragesima, Lectiones Justus si morte præoccupatus fuerit, de Communi Confessoris non Pontificis; lxxiv. alias de Scriptura occurrente.

### In secundo Nocturno.

### Lectio ix.

**C.** Asimirus, patre Casimiro, matre Elisabethâ Austriacâ, Polonia Régibus ortus, à perlicita sub optimis magistris, pietate & bonis artibus instructus, juveniles artus aspero domabat cilicio, & assiduis extenuabat jejuniis. Régii spreta lecti mollitie, durâ cubabat humo, & clam inemptâ nocte, præ foribus Templorum pronus in terra divinam exorabat clementiam. In Christi contemplanda passione assiduus, Missarum sollemnis adeo erectâ in Deum mente solèbat adesse, ut extra se rapti videretur.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

### Lectio vi.

**C.** Atholicam promovere fidem, summopere studuit, & Ruthenorum schisma abolere: quapropter Casimirum patrem induxit, ut legem ferret, ne Schismatici nova templa construerent, nec vetera collabantur. Regia pauperes & calamitatibus oppressos beneficis & misericors, Patris & Defensoris egenorum

Xx



rum nomen obtinuit. Virginitatem, quam ab incunabulis servavit illaem, sub extremo vitæ término fortiter asservit, dum gravi pressus infirmitate mori potius, quam castitatis iacturam ex medicorum consilio subire, constanter decrevit.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. **¶** Et ad portas paradisi coronavit eum. **¶** Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

#### Lectio vj.

**C**onsummatus in brevi, virtutibus & meritis plenus, prenuntiatio mortis die, inter Sacerdotum & Religiosorum choros spiritum Deo reddidit, anno ætatis vigesimo quinto. Corpus Vilnam delatum multis claret miraculis. Etenim, præterquam quod puella defuncta vitam, cæci visum, claudi gressum, & varii infirmi sanitatem ad eus sepulchrum recuperarunt; Lithuanis existio número ad potentissimi hostis insperatam irruptionem trepidantibus in aëre apparens, insignem tribuit victoriam. Quibus permorsus Leo Décimus eundem Sanctorum catalogo adscripsit.

**R.** Iste homo perfectè omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: **¶** Quia te vidijustum coram me ex omnibus gentibus. **¶** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Sint lumbi vestri præcincti, de Communi Confessoris non Pontificis. lxxviii.

Si venerit in Quadragesima, nona Lectio de Homilia Feriæ occurrentis, & de ea fit Commemoratio.

Postea de Sancto Lucio, Añã. Qui odit animam suam in hoc mundo, in

vitam æternam custodit eam. **¶** Justus, ut palma florebit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

**Oratio.** Deus, qui nos, ut supra. 661.

#### DIE VII. MARTII.

In Festo S. Thomæ de Aquino Confessoris & Ecclesie Doctoris.

#### Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, lxxij. præter ea quæ hic habentur.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Añã. O Doctor optime, Ecclesie sanctæ lumen, beate Thoma, divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

#### Oratio.

**D**eus, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ Confessoris tui mirâ eruditione clarificas, & sanctâ operatione fecundas: da nobis, quæsumus, & quæ docuit, intellectu conspicere, & quæ egit, imitatione complere. Per Dominum.

Deinde fit Commemor. de Feria, si venerit in Quadragesima, postea Sanctorum Martyrum Perpetuæ & Felicitatis.

In Vesperis & Laudibus, Antiphona. Istarum est enim regnum cælorum, quæ contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt glorias suas in sanguine Agni. **¶** Gloria & honore coronasti eas Domine. **R.** Et constituisti eas super opera manuum tuarum.

#### Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Domine Deus noster, Sanctarum Martyrum tuarum Perpetuæ & Felicitatis palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentibus obsequiis. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno Lectiones de libro Ecclesiastici Sapientiam omnium antiquorum, ut in Communi Doctorum. lxxix.

In secundo Nocturno.

#### Lectio iv.

**T**homas, Landulpho Comite Aquinate, & Theodora Neapolitanâ nobilibus parentibus natus, quintum annum agens, Monachis Sancti Benedicti Cassinatibus custodiendum traditur. Inde Neapolim studiorum causâ missus, iam adulescens Fratrum Prædicatorum Ordinem suscepit. Sed matre ac fratribus id indignè ferentibus, Lutetiam Parisiorum mittitur. Quem fratres in itinere per vim raptum, in arcem castri Sancti Joannis perdunt: ubi variè exagitatus, ut sanctum propositum mutaret, mulierem etiam, quæ ad labefectandam ejus constantiam introducta fuerat, ratione fugavit. Mox beatus juvenis flexis genibus ante signum Crucis orans, ibique somno correptus, per quietem sentire visus est, sibi ab Angelis constringi lumbos; quo ex tempore omni postea libidinis sensu caruit: sororibus, quæ ut eum à pio consilio removerent, in castrum venerant, persuasit, ut contemptis curis secularibus, ad exercitacionem cælestis vite se conferrent.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus turavit illum: **¶** Et dedit illi claritatem æternam. **¶** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

#### Lectio v.

**M**issus è castro per fenestram, Neapolim reducit, undè Romam, postea Parisium à fratre Joanne Theutonico, Ordinis Prædicatorum Generali Magistro ductus, Alberto Magno Doctore, Philosophia

ac Tholægiæ operam dedit. Vixit quinque annos natus, Magister est appellatus, publicæ Philosophos ac Theologos summa cum laude est interpretatus. Nunquam se lectioni aut scriptiori dedit, nisi post orationem. In difficultatibus locorum sacra Scripturæ, ad orationem jejunium adhibebat. Quin etiam sodali suo fratri Reginaldo dicere solebat, quidquid sciret, non tam studio aut labore suo peperisse, quàm divinitus traditum accepisse. Neapoli cum ad imaginem Crucifixi vehementius oraret, hanc vocem audivit: Bene scripsisti de me Thoma, quam ergo mercedem accipies? Cui ille: Non illam Domine, nisi teipsum.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. **¶** Et ad portas paradisi coronavit eum. **¶** Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

#### Lectio vj.

**N**ullum fuit scriptorum genus, in quibus non esset diligentissime versatus. Collationes Patrum assidue pervolvabat; nec tamen à prædicatione divini verbi desistebat. Quod cum faceret per Octavam Pasche in Basilica Sancti Petri, mulierem, quæ ejus fimbriam tetigerat, à fluxu sanguinis liberavit. Scripta ejus & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles, adeo excellunt, ut ob eam causam etiam nomen Doctoris Angelici jure sit adeptus. Ab Urbano Quarto Romam vocatus, adduci non potuit, ut honores acciperet. Archiepiscopatum Neapolitanum etiam deferente Clemente Quarto Pontifice recusavit. Missus à Gregorio Décimo ad Concilium Lugdunense, in Monasterio Fosse novæ in norbum incidit, ubi ægroravit. Cantica canticorum explanavit. Ibidem obiit quinquagenarius, anno salutis mil-



lésimo ducentésimo septuagésimo quarto, Nonis Martii. Miraculis & vivus & mórtuus floruit. A Joanne Vigésimo Secúndo in Sanctórum número relátus est, anno millésimo trecentésimo vigésimo tertio: cuius corpus póstea Urbáno Quinto Summo Pontífice Tolosam translátum est.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patrí. Quia.

In tertio Nocturno Homília Sancti Augustini Episcopi in Evangelium, Vos estis sal terræ, de Comuni Doctorum. lxxj.

Nona Lectio dicitur de Homília Feriæ occurrentis, si celebretur in Quadragesima.

In Laudibus fit Commemoratio Feriæ, & Sanctorum, ut supra. 692.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, Commemor. præcedentis, & Feriæ.

#### DIE VIII. MARTII.

In Festo S. Joannis de Deo Confess. Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, lxxij. præter sequentia.

#### Oratio.

**D**eus, qui beatum Joannem tuo amore succensum inter flammam innoxium incedere fecisti, & per eum Ecclesiam tuam novâ prole fecundasti: præsta ipsius suffragantibus méritis; ut igne charitatis tuæ vitia nostra curentur, & remédia nobis æterna proveniant. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, si venerit in Quadragesima, Lectiones de libro Ecclesiastici. **Beatur vir,** de Comuni Confessoris non Pontificis, secundo loco; lxxxj. alias de Scriptura occurrente.

#### In secundo Nocturno.

##### Lectio iv.

**J**oannes de Deo ex catholicis pilsque parentibus in oppido Montis Majoris junioris Regni Lusitanæ natus, quam sublimiter in sortem Domini fuerit electus, insuetus splendor super ejus domo refugens, sonitusque eris campani sua sponte emissus, ab ipso ejus nativitatís tempore non obscurè prænuñtiarunt. A laxiori vivendi ratione, divinâ operante virtute, revocatus, magnæ sanctitatis exhibere specimen cepit, & ob auditam prædicationem verbi Dei sic ad meliora se excitatum sensit, ut jam ab ipso sanctioris vite rudimento consummatum aliquid, perfectumque visus sit attigisse. Bonis ómnibus in pauperes carceribus inclisus erogatis, admirabilis penitentiæ, siquæ ipsius contemptum factus, cuncto populo spectaculum factus, à plerisque, ceu demens, graviter afflictus, in carcerem amentibus destinatum conjicitur. At Joannes cœlesti charitate magis incensus, gémino, atque amplo valetudinário ex piórum eleemosynis in civitate Granaténsi extrácto, jactóque novi Ordinis fundaménto, Ecclesiam novâ prole fecundavit Fratrum Hospitalitatis, infirmis præclaro animarum corporumque profectu inserviéntium, & longè, latèque per Orbem diffusurum.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoibus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

##### Lectio v.

**P**aupéribus agróttis, quos própriis quandoque humeris domum deferēbat, nullâ re ad animæ corporisque salutem proficua cœerat. Ef-

Effusa quoque extra noscómium charitate indigentibus mulieribus viduis, & præcipue virginibus periclitantibus clam aliménta subministrabat, curamque indefessam adhibebat, ut carnis concupiscéntiam à próximi hujusmodi vitio inquinatis extermináret. Cùm autem maximum in régio Granaténsi Valetudinário excitatum fuisset incéndium, Joannes impávidus proslilit ignem, nec illuc discurrens, quoisque tum infirmos húmeris exportátos, tum lectulos è fenestris projectos ab igne vindicávit, ac per dimidiam horam inter flammam, jam in immensum succrescentes, versátus, exinde divinitus incólumis, univérssis civibus admirantibus, exivit; in schola charitatis edocens, segniórem in eum fuisse ignem, qui foris ússerat, quam qui intus accenderat.

**R.** Amávit eum Dominus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dominus lorica m fidei, & ornávit eum. Et ad.

##### Lectio vi.

**M**ultiplici asperitatum genere, demissíssima obedientiâ, extrémâ paupertate, orândi studio, rerum divinárum contemplatione, ac in beatam Virginem pietate miríficè excelluit, & lacrymarum dono enituit. Dénique gravi morbo correptus, ómnibus Ecclesiæ Sacraméntis ritè sanctèque refectus, viribus licet destitutus, própriis indatus vésibus è lectulo surgens, ac provolútus in génuâ, manu & corde Christum Dominum è cruce pendéntem perstringens, octavo Idus Martii anno millésimo quingentésimo quinquagésimo óbit in óculo Domini: quem etiam mórtuus tenuit, nec dimisit, & in eadem corporis constitutione sex circiter horas, quoisque indè dimóttus fuis-

set, totâ Civitate inspectante, mirabiliter permansit, odorem mirè fragrantem diffundens. Quem ante & post óbitum plurimis miraculis clarum Alexander Octavus Pontífex Máximus in Sanctórum número rétulit.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patrí. Quia.

#### In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

##### Lectio vij.

Cap. 22. d.

**I**n illo tempore: Accesserunt ad eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in Legge? Et reliqua. Homília S. Joannis Chrysostomi.

Homília 72. in Matthæum.

**S**aduceis confusus, Pharisæi rursus aggrediuntur: càmque quiescere oporteret, decertare voluerunt; & Legis peritiam profiténtem præmittunt, non discere, sed tentare cupientes: ac ita interrogant: Quodnam primum mandatum in Legge sit. Nam eum primum illud sit: Diliges Dóminum Deum tuum: putantes causas sibi allaturum ad mandatum hoc corrigendum, aliquid addéndo, quoniam Deum se faciēbat, hoc modo interrogant. Quid igitur Christus? Ut ostēdat, idcirco ad hæc eos devenisse, quia nulla in eis esset charitas, sed invidia livore tabesceret: Diliges, inquit, Dóminum Deum tuum: hoc primum & magnum mandatum est. Secundum autem simile huic: Diliges próximum tuum sicut teipsum.



**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: **V.** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **R.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstiniens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

## Lectio viij.

**Q**uamobrem simile est huic? quoniam hoc illud indicit, & ab illo rursus munitur. Quicumque enim male agit, odio habet lucem, & non venit ad lucem. Et rursus: Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Deinde sequitur. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Et iterum: Radix omnium malorum avaritia est, quam quidam appetentes, erraverunt a fide. Et, Qui diligit me, mandata mea servabit, quorum caput, & radix est, Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum.

**R.** Sint lumbi vestri praecincti, & lucerne ardentes in manibus vestris: **V.** Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

## Lectio ix.

**S** ergo diligere Deum, diligere proximum es, (nam si diligis me, o Petre, inquit, pasce oves meas) si etiam dilectio proximi facti mandata custodias: merito ait, in his totam legem & Prophetas pendere. Et quemadmodum in superiori interrogaretur, plus docuit quam tentantes petebant: sic in hoc loco de primo interrogatus mandato, secundum etiam non valedit quam primum inferius, sponte attulit: secundum

enim est primo simile. Ita occulte insinuavit, odio illos ad querendum incitari. Caritas enim, inquit, non emulatur.

**Te Deum laudamus. 13.**

**Sic hoc Festum venerit in Quadragesima, nona Lectio legitur de Homilia Feriae occurrentis, & de ea fit Commemoratio in Laudibus.**

**In secundis Vesperis a Capitulo de sequenti, Commemoratio praecedentis, & Feriae si venerit in Quadragesima.**

## DIE IX. MARTII.

**In Festo S. Franciscæ Viduae Romanae. Duplex.**

**Omnia de Communi nec Virginum nec Martyrum, xvij. praeter sequentia.**

## Oratio.

**D**eus, qui beatam Franciscam famulam tuam, inter caetera gratiae tuae dona, familiari Angeli consuetudine decorasti: concede quaesumus; ut intercessionis ejus auxilio Angelorum consortium consequi mereamur. Per Dominum.

**In primo Nocturno, si venerit in Quadragesima, Lectiones de Parabolis Salomonis Mulierem fortem, ut in Communi nec Virginum nec Martyrum; et alia de Scriptura occurrente.**

**In ij. Nocturno. Lectio iv.**

**F**ranciscæ nobilis Matrôna Romana, ab ineunte aetate illustria dedit virtutum exempla; etenim pueriles ludos & illecebras mundi respiciens, solitudine & oratione magnopere delectabatur. Undecim annos nata, virginitatem suam Deo consecravit, & Monasterium ingredi proposuit: parentum tamen voluntati humiliter obtemperans, Laurentio de Pontianis, juveni aequo diviti ac nobili, nupsit. In matrimonio arctioris vitae propositum, quantum licuit, semper retinuit: a spectaculis, con-

conviviis, aliisque hujusmodi oblectamentis abhorrrens, lanae ac vulgari veste utens; & quicquid a domesticis curis supererat temporis, orationi aut proximorum utilitati tribuens; in id verò maximâ sollicitudine incumbens, ut Matrônas Romanas a pompis saeculi, & ornatis vanitate revocaret. Quapropter donum Oblatarum, sub Régula Sancti Benedicti, Congregationis Montis Oliveti, adhuc viro alligata, in Urbe instituit. Viri exilium, bonorum iacturam, ac universae domus moerorem non modo constantissime toleravit, sed gratias agens cum beato Job, illud frequenter usurpabat, Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.

**R.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: **V.** Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Specie tuâ & pulchritudine tuâ intendere, prospere procedere, & regnare. Et deducet.

## Lectio v.

**V**iro defuncto ad praedictam Oblatarum domum convolans, nudis pedibus, fune ad collum alligato, humi prostrata, multis cum lacrymis earum numero adscribi suppliciter postulavit. Voti composita, licet esset omnium mater, non alio tamen quam ancillae, vilissimaeque feminae, & immunditiae vastuli titulo gloriabatur. Quam vilem sui existimationem & verbo declaravit & exemplo: saepe enim est suburbana vinea revertens, & lignorum fascem proprio capiti impositum deferens, vel eisdem onustum agens per Urbem assellum, pauperibus subveniebat, in quos etiam largas elemosinas erogabat: aegrotantesque in Xenodochiis visitans, non corporali tantum cibo, sed salutaribus monitis recreabat. Corpus suum vigiliis, jejuniis, cil-

icio, ferreo cingulo, crebrisque flagellis in servitium redigere jugiter satagebat. Cibum illi semel in die herbae, & legumina, aqua potum praebuit. Hos tamen corporis cruciatibus aliquando Confessarii mandato, a cuius ore nutuque pendebat, modice temperavit.

**R.** Dilixisti justitiam, & odisti iniquitatem: **V.** Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

## Lectio vij.

**D**ivina mysteria, praesertim vero Christi Domini Passionem tanto mentis ardore, tantaque lacrymarum vi contemplantur, ut praedoloris magnitudine penè concipi videretur. Saepè etiam cum oraret, maxime sumpto sanctissimae Eucharistiae Sacramento, spiritu in Deum elevata, ac coelestium contemplatione raptâ, immobilis permanebat. Quapropter humani generis hostis variis eam contumeliis, ac verbis a proposito dimovere conabatur, quem tamen illa imperterrita semper elisit, Angeli praesertim praesidio, cujus familiaris consuetudine gloriosum de eo triumphum reportavit. Gratia curatio, & prophetia dono entuit, quo & futura praedixit, & cordium secreta penetravit. Non semel aquae, vel per rivum decurrentes, vel e caelo labentes, intactam prorsus, dum Deo vacaret, reliquerunt. Modica panis fragmenta, quae vix tribus sororibus reficiendis fuissent satis, sic ejus precibus Dominus multiplicavit, ut quindecim inde exsaturatis, tantum superfuissent, ut canistrum impleverit: & aliquando eardem sororum, extra Urbem mense Januarii ligna parantium, sitim recedens uva racemis ex vite in arboribus pendebat: mirabiliter obtentis



abundè expleverit. Denique méritis & miraculis clara, migravit ad Dóminum anno .etatis sue quinquagésimo sexto: quam Paulus Quintus Pontifex Maximus in Sanctarum numerum rétulit.

**R.** Fallax grátia, & vana est pulchritudo: **V.** Múlier timens Deum, ipsa laudabitur. **V.** Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis ópera ejus, Múlier. Glória Patri, Múlier.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, de Comuni Sanctarum nec Virginum nec Martyrum. cy.

Nona Lectio dicitur de Homilia Ferie occurrentis, & de ea fit Commemoratio si venerit in Quadragesima.

In secundis Vesperis fit Commemoratio SS. Quadrageinta Martyrum, ut infra.

#### DIE X. MARTII.

In Festo Sanctorum Quadrageinta Martyrum.  
Semiduplex.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum, xlvij. præter sequentia. Antiphona. Istórum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Letamini in Dómino & exultate jussi. **R.** Et gloriámini omnes recti corde. **Oratio.**

**P**æsta, quesumus omnipotens Deus; ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiámus. Per Dóminum.

In primo Nocturno Lectioes de Epistola ad Romanos. Fratres, Debitores sumus, de Comuni plurimorum Martyrum. 1.

#### In secundo Nocturno.

##### Lectio iv.

**L**icínio Imperatore, & Agricólino Preside, ad Sebásten Armeníæ urbem, quadraginta militum fides in Jesum Christum, & fortitudo in cruciátibus perferendis enituit. Qui sæpius in horribilem cárcerem detrúsi, vinculisque constructi, cum ora ipsórum lapidibus contusa fuissent, hyemis tempore frigidissimo nudi sub aperto aère supra stagnum rigens pernoctare jussi sunt, ut frigore congelati necerentur. Una autem erat ómnium oratio: Quadrageinta in stádium ingrússi sumus, quadraginta item, Dómine, coroná donémur, ne una quidem huic número desit. Est in honore hic numerus, quem tu quadraginta dierum jejunió decorásti, per quem divina lex ingrússa est in orbem terrarum. Elias quadraginta dierum jejunió Deum quærens, ejus visionem consecúitus est. Et hæc quidem illórum erat oratio.

**R.** Sancti tui Dómine mirabile consecúti sunt iter, serviétes præceptis tuis, ut invenirentur illi in aquis validis: **V.** Terra apparuit árida: & in Mari rubro via sine impediménto. **V.** Quóniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torréntes inundaverunt. Terra.

##### Lectio v.

**C**eteris autem custódiibus somno deditis, solus vigilabat janitor, qui & illos orántes, & luce circumfúsos, & quosdam è celo descendentes Angelos tamquam a Rege missos, qui coronas triginta novem militibus distribuerent, intuens, ita secum loquebatur: Quadrageinta hi sunt: quadragésimi coroná ubi est? Quæ dum cogitaret, unus ex illo número, cui ánimus ad frigus ferendum defecerat, in próximum tepefactum bálneum desiliens,

liens, Sanctos illos summo dolore affecit. Verum Deus illórum preces irritas esse non est passus, nam rei événtum admirátus janitor, mox custódiibus è somno excitátis, detractisque sibi vestibus, ac se Christianum esse clará voce professus, Martyribus se adjúnxit. Cùm veró Præsidi satellites janitorem quoque Christianum esse cognovissent, bacillis comminúta ómnium eórum crura fregérunt.

**R.** Verbera carnificum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nómine: **V.** Ut hæretes fierent in domo Dómini. **V.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæretes.

##### Lectio vi.

**I**n eo supplicio mórtui sunt omnes, præter Melithonem, natu minimum. Quem cùm præsens mater ejus, fractris crúribus adhuc vivéntem vidisset, sic cohortata est: Fili, paulisper sustine, ecce Christus ad janam stat, adjuvans te. Cùm veró reliquórum corpora plaustris impóni cerneret, ut in rogum inferrentur, ac filium suum relinquit, quod speraret impia-turba píerum, si vixisset, ad idolórum cultum revocári posse; ipso in húmeros sublato, sancta mater vehicula Martyrum corpóribus onista strénue prosequébatur: in cuius amplexu Melithon spiritum Deo reddidit, ejusque corpus in eundem illum ceterórum Martyrum rogum pia mater injecit: ut qui fide & virtute conjunctissimi fuerant, funeris etiam societate copulati, una in cœlum pervenirent. Combustis illis, eórum reliquia projectæ in profundentem, cùm mirabiliter in unum conflúxissent locum, salvæ & integræ repértæ honorífico sepúlchro conditæ sunt.

**R.** Tamquam aurum in fornace probávit electos Dóminus, & quasi

holocáusti hóstiam accépit illos: & in tempore erit respectus illórum: **V.** Quóniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

In iij. Nocturno Homilia S. Ambrosii Episcopi in Evangelium. Descendens Jesus de monte, de Comuni plurimorum Martyrum. Ivij.

Nona Lectio dicitur de Homilia Ferie occurrentis.

#### DIE XII. MARTII.

In Festo S. Gregorii Papæ, Confessoris & Ecclesie Doctoris.  
Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis, lix. præter ea quæ hic ponuntur propria.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Antiphona. O Doctor óptime, Ecclesie sanctæ lumen, beate Gregóri, divinæ legis amátor, deprecare pro nobis Filium Dei.

##### Oratio.

**D**eus, qui ánimæ famuli tui Gregórii æternæ beatitudinis præmia contulisti: concède propitius; ut qui peccatorum nostrórum pónere peccatimur, ejus apud te precibus sublevémur. Per Dóminum.

In primo Nocturno Lectioes de libro Ecclesiastici Sapiéntiam ómnium antiquórum, de Comuni Doctorum. lix.

#### In secundo Nocturno.

##### Lectio iv.

**G**regórius Magnus, Románus, Gordiani Senatóris filius, adolescens Philosophiæ operam dedit; & Prætorio officio functus, patre mórtuo, sex Monasteria in Sicilia edificávit, Romæ séptimum Sancti Andree nómine in suis ædibus, prope Basilicam Sanctorum Joannis & Pauli, ad cliyum Scauri: ubi Hilarione ac Maximiano magistris, Má-



nachi vitam professus, postea Abbas fuit. Mox Diaconus Cardinalis creatus, Constantinopolim à Pelagio Pontifice ad Tiberium Constantinum Imperatorem Legatus mittitur: apud quem memorabile etiam illud effecit, quod Eutychem Patriarcham, qui scripserat contra veram ac tractabilem corporum resurrectionem, ita convict, ut ejus librum Imperator in ignem injiceret. Quare Eutychem paulo post cum in morbum incidisset, instante morte, pellem manus sue tenebat multis presentibus, dicens: Confiteor, quia omnes in hac carne resurgemus.

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

## Lectio v.

**R.** Omam rediens, Pelagio pestilentia sublato, summo omnium consensu Pontifex eligitur: quem honorem ne acciperet, quamvis potuit recusavit. Nam alieno vestitu in spelunca delituit, ubi deprehensus indicio igneae columbae, ad Sanctum Petrum consecratur. In Pontificatu multa successoribus doctrinae ac sanctitatis exempla reliquit. Peregrinos quotidie ad mensam adhibebat: in quibus & Angelum, & Dominum Angelorum peregrini facie accēpit. Pāuperes, & urbanos, & externos, quorum numerum descriptum habebat, benignè sustentabat. Catholicam fidem multis locis labefactam restituit. Nam Donatistas in Africa, Arianos in Hispania prepressit: Agnoitas Alexandria eiecit. Pallium Syagrio Augustodunensi Episcopo dare noluit, nisi Neophytus haereticos expelleret ex Gallia. Gothos haeresim Ariānam relinquere coegit. Missis in Britanniam doctis &

sanctis viris Augustino & aliis Monachis, insulam ad Jesu Christi fidem convertit, verè à Beda Presbytero, Angliae vocatus Apostolus. Joānis Patriarchae Constantinopolitani audaciam fregit, qui sibi universalis Ecclesiae Episcopi nomen arrogabat. Mauritium Imperatorem, eos, qui milites fuissent, Monachos fieri prohibentem, à sententia deterruit.

**R.** Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

## Lectio vij.

**E.** Celasiam ornavit sanctissimis institutis & legibus. A. p. Sanctum Petrum coacta Synodo, multa constituit in iis, Ut in Missa Kyrie eleison novies repeteretur: Ut extra id tempus, quod continetur Septuagesimā & Paschā, Alleluia diceretur: Ut adderetur in Cānone, Diesse nostros in tua pace disponas. Litanias, Stationes, & Ecclesiasticum Officium auxit. Quatuor Conciliis Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi, tamquam quatuor Evangelii honorem haberi voluit. Episcopis Siciliae, qui ex antiqua Ecclesiarum consuetudine Romanam singulis triennis conveniebant, quinto quoque anno semel venire iussit. Multos libros confecit: quos cum dictaret, testatus est Petrus Diaconus, se Spiritum sanctum columbae specie in ejus capite saepe vidisse. Admirabilia sunt quae dixit, fecit, scripsit, decrevit, praesertim infirmā semper & agrā valetudine. Qui denique multis editis miraculis, Pontificatus anno decimo tertio, mense sexto, die decimo, quarto Idus Martii, qui dies festus à Graecis etiam propter insignem huius Pontificis sapientiam ac sanctitatem pra-

praecipuo honore celebratur, ad celestem beatitudinem evocatus est. Cujus corpus sepultum est in Basilica Sancti Petri, prope Secretarium.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

## In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

## Lectio vij.

Cap. 5. b

**I.** N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papae.

Ex Homilia 17. in Luc. 10. ante med.

**C.** Onsiderandum nobis est, ut qui unā eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere: studeat singulos, in quantum valet, instruere, privatis locutionibus aedificare. Debemus namque pensare continuo, quod sanctis Apostolis dicitur, & per Apostolos nobis: Vos estis sal terrae. Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur qui pastores estis, pensate, quia Dei animalia pascitis: de quibus profecto animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Et saepe videmus, quod petra salis brutis animalibus antepōnitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, & meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populo. Curare namque sacerdotem necesse est, quae singulis dicat, unumquemque qualiter admoneat: ut quisquis sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu aeternae vitae sapore conditur.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricae fidei, & ornavit eum. Et ad.

## Lectio viij.

**S.** Al etenim terrae non sumus, si corda audientium non condimus: quod profecto condimentum ille veraciter proximo impendit, qui praedicationis verbum non subtrahit. Sed tunc verè aliis recta praedicamus, si dicta rebus & exemplis ostendimus. Nullum puto, fratres charissimi, ab aliis majus praedictum, quam à sacerdotibus tolerat Deus: quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempli pravitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debemus: nulla animarum luca querimus, ad nostra quotidie studia vacamus: terrēna concupiscimus, humanam gloriam intēta mente captamus. Et quia eo ipso, quo ceteris praelati sumus, ad agenda quaelibet majorem licentiam habemus: suscipere benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum: Dei causam relinquimus, ad terrēna negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrēnis actibus implicamur.

**R.** In medio Ecclesiae aperuit os ejus, & implevit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus. **V.** Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.

Lectio ix. dicitur de Homilia Feriae occurrentis, & de ea fit Commemoratio in Laudibus.

Si dies crastina, vel alia exsequentibus fuerit Feria sexta post Dominicam Passionis, tunc recitandum erit Officium Septem Dolorum B. M. V. prout habetur in principio Officiorum SS. mensis Aprilis.

Notandum quod si Festa occurrerit.



verint in majori Hebdomada, vel infra Octavam Paschae, transcendenda erunt post Octavam, juxta Rubricam de Translatione Fessorum: & tunc servanda est Rubrica posita in Communi Sanctorum.

## DIE XVII. MARTII.

In Festo S. Patritij Episcopi & Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confess. Pontif. lix. præter ea, quæ sequuntur. Oratio.

**D**Eus, quia ad predicandam Gêntibus gloriam tuam beatum Patritium Confessorem atque Pontificem mittere dignatus es: ejus meritis, & intercessione concede; ut quæ nobis agenda præcipis, te miserante adimplere possimus. Per Dôminum.

Et fit Comm. Ferie occurrentis.

In primo Nocturno Lectiones de Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Fidelis sermo, de Communi Confess. Pont. lix.

Si transcuratur post Pascha, Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**P**atritius, Hiberniæ dictus Apôtolus, Calphurnio patre, matre Conchessâ Sancti Martini Turonensis Episcopi, ut perhibent, consanguineâ, majori in Britanniâ natus, puer in Barbarorum sepius incidit captivitatem. Eo in statu pascendis grêgibus præpositus, jam tum futura sanctitatis spêcimen præbuit fidei namque, divinitus timoris, & amoris spiritu replêtus, antelucano tempore per nives, gelu, ac pluvias ad preces Deo fundendas, impiger consurgêbat; sôlitus centies interdû, contiesque noctu Deum orare. A servitute tertio exemptus, & inter Clericos relatus, in divinis lectionibus longo se tempore exêrcuit. Galliis, Italiâ, insulisque Tyrreni

maris labore summo peragratis, divino tandem mōitu ad Hibernorum salutem advocatur; & factâ à beato Coelestino Papa Evangelij nuntiandi potestate, consecratusque Episcopus, in Hiberniam perrexit.

Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocêbit ei. Manus.

Lectio v.

**E**O in mînere mirum quot vir Apostolicus mala, quot arimnas & labores, quot pertulerit adversarios. Verum Dei afflante benignitate, terra illa idololorum antea cultrix, eum mox prædicante Patrio fructum dedit, ut Sanctorum Insula deinde fuerit appellata. Frequentissimi ab eo populi sacro sunt regenerati lavacro, Episcopi, Clericique plurimi ordinati, Virgines ac Viduæ ad continentię leges institutæ, Armachanam Sedem, Romani Pontificis auctoritate, totius insulæ principem Metropolim constituit, Sanctorumque reliquis ab Urbe relatis decoravit. Supernis visionibus, prophetiæ dono, ingentibusque signis & prodigiis à Deo exornatus adeo refulsit, ut longè latèque celebrior Patritij se fama diffuderit.

**R.** Pôsui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

**P**ræter quotidianam Ecclesiârum sollicitudinem, invictum ab oratione spiritum numquam relaxabat. Adjunt enim, integrum quotidie Psalterium unâ cum Canticis & Hymnis, ducentisque orationibus consuevisse recitare: ter centies per dies singulis flexis genibus Deum adorare,

re, ac in quâlibet Hora dièi Canonice centies se Crucis signo munire. Noctem tria in spâtia distribuens, primum in centum Psalmis percurrêndis, & bis centies genuflectendo: alterum in reliquis quinquaginta Psalmis, ægidis aquis immersus, ac corde, oculis, manibusque ad cælum erectis, absolvendis insumebat: tertium verò super nudum lapidem stratus tenui dabat quieti. Humilitatis eximius cultor, Apostolico more à manuum suarum labore non abstinuit. Assiduus tandem curis pro Ecclesiâ consumptus, verbo & opere clarus, in extrêma senectute divinis Mysteriis refectus, obdormivit in Dômino, sepultusque est apud Dunum in Ultônia, à Christiana salutè sæculo quinto.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus replêta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium Homo peregrè proficiscens, de Communi Confessoris Pontif. lix.

Nona Lectio dicitur de Homilia Ferie occurrentis, & de ea fit Commemoratio in Laudibus.

## DIE XIX. MARTII.

In Festo S. Joseph Sponsi B. M. V. Confessoris. Duplex.

AD VESPERAS,

Antiphona.

**J**acob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus. **Psalm.** Dixit Dôminus, cum reliq. de Dominica. 100. & loco ultimi. **Psalm.** Laudate Dôminum omnes Gentes. 104. **Añ.** Missus est Angelus Gabriæl à Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo

David, & nomen Virginis Mariæ. **Añ.** Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. **Añ.** Joseph vir ejus, cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.

**Añ.** Angelus Dômini apparuit Joseph dicens: Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium: & vocabis nomen ejus Jesum.

**Capitulum.** Ir fidelis multum laudabitur. Et qui custos est Dômini sui, glorificabitur.

Hymnus.

**T**E, Joseph, celebrent ægmina Cælitum, Te cuncti resonent Christiadum Chori, Qui clarus meritis, junctus es in clytæ

Casto fœdere Virgini.

Almo cum tunidam germine cõnjugem Admirans, dubio tangeris anxius, Afflatu superi Flamini Angelus Conceptor puerum docet.

Tu natum Dôminum stringis, ad eteras Ægypti pròfugum tu sequeris plagas Amissum Sôlymis quæris, & invenis.

Miscens gaudia fletibus. Post mortem reliquos mors pia cõnsecrat, Palmamque emeritos glôria suscipit: Tu vivens, superis par, frueris Deo,

Mirâ sorte beator.

Nobis, summa Trias, parce precantibus,

Da Joseph meritis sidera scandere; Ut tandem liceat nos tibi perpetim Gratum promere canticum Amen.



¶ Constituit eum dñm domus suæ. **R.** Et principem omnis possessionis suæ.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Exurgens Joseph à somno, fecit sic præcepit ei Angelus Dñi, & accepit conjugem suam.

**Oratio.**

Sanctissima Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Dñine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessiōe donetur. Qui vivis.

Si celebretur in **Quadragesima, fit** Commemoratio Feriæ.

Ad Matutinum, **Invitatorium,** Christum Dei Filium, qui putari dignatus est filius Joseph: Venite, adorémus. **Psalm.** Venite, exultémus. 1.

**Hymnus.**

**C**elitus Joseph decus, atque nostræ

Certa spes vitæ, columenque mundi,  
Quas tibi læti cænimus benignus  
Suscipe laudes.

Te sator rerum statuit pudicæ  
Virginis sponsum, voluitque Verbi  
Te patrem dici, dedit & ministrum  
Esse salutis.

Tu Redemptorem stábulo jacentem,  
Quem chorus Vatum cœcinit futurum,  
Aspicis gaudens, humilisque nam

Numen adoras.  
Rex Deus regum, Dominator orbis,  
Cujus ad nutum tremis inferorum  
Turba, cui pronus famulatur  
Æther,  
Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi perennis,  
Quæ tibi præbens superos honores,  
Det tuis nobis meritis beatæ  
Gaudia vitæ. Amen.

In primo Nocturno, **Antiphona.**  
Ascendit Joseph à Gallilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civi-

tatem David, quæ vocatur Bèthlehem, ut proficeretur cum Maria.

**Psalm.** Beatus vir, cum reliquis de **Communione Confessoris non Pontificis.** Venerunt pastores festinantes: & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio.

**Psalm.** Quare fremuerunt. **Antiph.** Ecce Angelus Dñi apparuit in somnis Joseph dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum. **Psalm.** Dñine quid multiplicati. ¶ Constituit eum dñm domus suæ. **R.** Et principem omnis possessionis suæ.

De libro Génesis.

**Cap. 19.**

**J**oseph igitur ductus est in Ægyptum, emittique eum Pùtiphar eunuachus Pharaonis, princeps exercitûs, vir Ægyptius, de manu Ismaelitârûm, à quibus perductus erat. Fuitque Dñinus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens: habitavitque in domo dñi sui, qui optime noverat Dñinum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram dño suo, & ministrabat ei: à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & universa quæ ei tradita fuerant: benedixitque Dñinus domui Ægypti propter Joseph.

**R.** Fuit Dñinus cum Joseph, & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. ¶ Qui tradidit in manu illius universos vinetos. ¶ Quidquid fèbat, sub ipso erat: Dñinus enim erat cum illo, & omnia opera ejus dirigebat. Qui tradidit.

**Lectio ii.**

Lacuit Pharaoni consilium Joseph & cunctis ministris ejus: potiusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia que

lo-

locutus es, numquid sapientiorem & consimilem tui invenire pòtero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris impèrium cunctus pòpulus obediet: uno tantum regni sòlio te præcedam.

**R.** Esuriente terrâ Ægypti clamavit pòpulus ad Regem alimenta petens. Quibus ille respondit: ¶ Ite ad Joseph, & quidquid vobis dixerit, facite. ¶ Crescebat quotidie fames in omni terra: aperuitque Joseph universa hórrea, & vendebat Ægyptiis. Ite ad Joseph.

**Lectio iii.**

**D**ixitque rursus Phárao ad Joseph: Ecce, constitui te super universam terram Ægypti. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus: vestivitque eum stola byssinâ, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent universæ Terræ Ægypti. Dixitque rex ad Joseph: Ego sum Phárao: absque tuo impèrio non movèbit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

**R.** Fecit me Dñinus quasi patrem Regis, & dñm universæ domus ejus: nolite pavere: ¶ Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. ¶ Venite ad me, & dabo vobis omnia bona Ægypti, & comeditis mesillum terræ. Pro salute. Glória Patri. Pro salute.

In secundo Nocturno, **Antiphona.** Consiurgens Joseph accepit Puerum, & Matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum: & erat ibi usque ad obitum Heròdis. **Psalmus.** Cum invocarem. **Antiph.** Defuncto Heròde Angelus Dñi apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & vade in terram Israël: defuncti sunt

enim, qui querebant animam Pæri. **Psalmus.** Verba mea. **Antiph.** Accipit Joseph Puerum, & Matrem ejus, & venit in terram Israël. **Psalmus.** Dñine Dominus noster. ¶ Magna est glória ejus in salutari tuo. **R.** Glóriam, & magnum decorem impones super eum.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis. **Homilia 2. super Missas, prope fin.**

**Lectio iv.**

**Q**uis & qualis homo fuerit beatus Joseph, cónjice ex appellatiōne, qua, licet dispensatoriâ, meruit honorari à Deo, ut pater Dei & dicrus & creditus sit; cónjice & ex próprio vocabulo, quod augmentum non dubitas interpretari. Simul & mentem magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, & scito ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitum, sed & castimóniam adèptum, innocentiam assecutum & gratiam.

**R.** Ascendit Joseph à Gallilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bèthlehem: ¶ Eo quod esset de David, & familia David. ¶ Ut proficeretur cum Maria desponsata sibi uxore. Eo.

**Lectio v.**

**S**iquidem ille Joseph, fraterna ex invidia venditus, & ductus in Ægyptum, Christi venditiōnem præfiguravit: iste Joseph, Herodianam invidiam fugiens, Christum in Ægyptum portavit. Ille dñmo suo fidem servans, dñina noluit commisereri: iste Dñinam suam Dñini sui Matrem, virginem agnoscens, & ipse continens, fideliter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis somniorum: isti datum est conscium fieri atque participem cælestium sacramentorum.

**R.** Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum. ¶ Et esto ibi usque dum dicam tibi.

¶



Ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Agypto vocavi filium meum. Et.

## Lectio vi.

**L**le frumenta servavit non sibi, sed omni populo: iste panem vivum è cælo servandum accepit tam sibi, quam toti mundo. Non est dubium, quin bonus & fidelis homo fuerit iste Joseph, cui Mater desponsata est Salvatoris. Fidelis, inquam, servus & prudens, quem constituit Dominus suæ Matris solatium, suæ carnis nutrimentum, solum denique in terris magni consilii coadjutorem fidsimum.

**R.** Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: Accipit eum Simeon in ulnas suas, & benedixit Deum. **Y.** Et erat Pater ejus, & Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Accipit. Gloria Patri. Accipit.

## Intertio Nocturno, Antiphona.

Audiens Joseph quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. **Psalm.** Dòmine qui habitabit. **Añ.** Admònitus in somnis Joseph scèssit in partes Galilææ: & veniens habitabit in civitate, quæ vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur. **Psal.** Dòmine in virtute tua. **Añ.** Erat Pater Jesu, & Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo; & benedixit illis Simeon. **Psal.** Dòmini est terra. **Y.** Justus germinabit sicut lilium. **R.** Et florebit in ætèrnum ante Dòminum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

## Lectio vij.

Cap. 1. c

**C**um esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Et reliqua.

Homilla Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in cap. 1. Matth.

Uare non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur?

Primum, ut per generationem

Joseph, origo Mariæ monstraretur: secundo, ne lapidaretur à Judæis ut adultera: tertio, ut in Egyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à desponsata conceptus sit: Ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum.

**R.** Dicit Mater Jesu ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? **Y.** Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Ecce. **Lectio viij.**

**A**nquam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Non ab alio inventa est, nisi à Joseph, qui pene licentià maritali futura uxoris omnia noverat. Quod antequam dicitur, Antequam convenirent, non sequitur ut postea convenirent, sed Scriptura quod factum non sit, ostendit.

**R.** Descendit Jesus cum eis, & venit Nazareth, **Y.** Et erat subditus illis. **Y.** Proficiebat sapientià, & ætate, & gratià apud Deum, & homines. Et erat. Gloria Patri. Et erat.

**Nona Lectio dicitur de Homilia Feriæ occurrentis, si celebratur in Quadragesima, & de ea fit Commemoratio in Laudibus.**

## Lectio ix.

**J**oseph autem vir ejus cum esset justus, & nollet eam tradidit, voluit occulte dimittere eam. Si quis fornicaria conjungitur, unum corpus efficitur: & in lege præceptum est, non solum reos, sed & conscios criminum obnoxios esse peccati.

quod

quomodo Joseph, cum crimen celaret uxoris, justus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, & admirans quod evenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat. Te Deum laudamus. 13.

## AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

**I**nter Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem, in die solemnè Paschæ. **Psalm.** Dòminus regnavit, cum reliquis. 14. **Añ.** Cum redirent, remansit Puer Jesus in Jerusalem, & non cognoverunt Parentes ejus. **Añ.** Non invenièntes Jesum, regressi sunt in Jerusalem requirèntes eum; & post triduum invenerunt illum in Templo sedentem in medio Doctorum audientem, & interrogantem eos.

**Antiphona.** Dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. **Antiphona.** Descendit Jesus cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

**Capitulum.** Prov. 28. & 27.

**V**ir fidelis multum laudabitur. Et qui custos est Dòmini sui glorificabitur.

## Hymnus.

**I**ste, quem læti còlimus fideles, Cujus excelsos cònimus triumpfos,

Hac diè Joseph meruit perennis Gaudia vite.

O nimis felix, nimis ob beatus!

Cujus extrèmam vigiles ad horam Christus & Virgo simul astiterunt Ore sereno.

Hinc stygis victor, lãqueo solutus Carnis, ad sedes placido sopore Migrat æternas, rutilisque cingit Tempora sertis.

Ergo regnantem flagitamus omnes Adsit ut nobis, veniamque nostris *Pars Hyemalis.*

Obtinens culpis, tribuat supèrna Mùnera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honores Trine, qui regnas Deus, & coronas Aureas servo tribuis fideli Omne per ævum. Amen.

**Y.** Os justi meditabitur sapientiã.

**R.** Et lingua ejus loquetur judicium.

**Ad Benedicis, Antiphona.**

Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph.

## Oratio.

**S**anctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Dòmine, mèritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis.

Et fit Commemoratio Feriæ si venerit in Quadragesima.

**Ad Tertiam, Ant.** Cum redirent.

**Capitulum.** Vir fidelis, ut supra.

**R.** breve. Constituit eum Dòminum domus suæ. Constituit, **Y.** Et principem omnis possessionis suæ, Dòminum domus suæ. Gloria Patri. Constituit, **Y.** Magna est glòria ejus in salutari tuo. **R.** Glòriam & magnum decorem impones super eum.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Non invenièntes.

**Capitulum.** *Eccl. 45.*

**D**ilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est.

In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.

**R.** *br.* Magna est glòria ejus \* In salutari tuo. Magna est. **Y.** Glòriam & magnum decorem impones super eum. In salutari tuo. Glòria Patri. Magna est. **Y.** Justus germinabit sicut lilium. **R.** Et florebit in ætèrnum ante Dòminum.

**Ad Nonam, Antiphona.**

Descendit Jesus.

**Capitulum.** *Sap. 10. b.*

**P**rofugum justum deditur sapientiã per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam

Yy

Sanc-



Sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complavit labores illius.

**R.** *be.* Justus germinabit. \* Sicut illum. Justus. *v.* Et florebit in aeternum ante Dominum. Sicut lili-um. Gloria Patri. Justus germinabit. *v.* Plantatus in domo Domini. **R.** In atris domus Dei nostri.

In secundo Vesperis, Antiphona. Ibant parentes, ut in Laudibus. 707.

Capitulum & Hymnus, ut in primis Vesperis. 703. *v.* Gloria & divitiae in domo ejus. **R.** Et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Ad Magnificat, Antiphona. Ecce fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Oratio. Sanctissimae Genitricis, ut supra. 705.

Deinceps sit Commemoratio Feriae occurrentis, si celebretur in Quadragesima.

## DIE XXI. MARTII.

In Festo Sancti Benedicti Abbatis. Duplex.

Omnia de Communii Confess. non Pontif. lxxij. praeter sequentia. Oratio.

**I**ntercessio nos, quaesumus Domine, beati Benedicti Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

In primo Nocturno. De libro Ecclesiastici.

**Lectio i.** *Cap. 44.*  
**L**audemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a saeculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua praediti, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in praesenti populo, & virtute prudentiae populis sanctissima verba. In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.

**v.** Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutum: \* Intra in gaudium Domini tui. *v.* Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratu sum. Intra.

**Lectio ii.**  
**H**omines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: & sunt quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint: & nati sunt, quasi non nati, & filii ipsorum cum ipsis.

**R.** Justus germinabit sicut lilius: \* Et florebit in aeternum ante Dominum. *v.* Plantatus in domo Domini, in atris domus Dei nostri. Et florebit.

**Lectio iii.**  
**E**d illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filii eorum propter illos usque in aeternum manent: semen eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum narret populi, & laudem eorum nuntiaret ecclesia.

**R.** Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: \* Et inventus est numero Sanctorum. *v.* Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caetera regna. Et inventus. Gloria Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

**Lectio iv.**  
**B**enedictus, Nursiae nobili genere ortus, Romae liberalibus disciplinis eruditus, ut totum se Jesu Chris-

Christo daret, ad eum locum, qui Sublacus dicitur, in altissimam speculam penetravit: in qua sic per triennium delituit, ut unus id secretum Romanus Monachus, quo ad vitae necessitatem ministro utebatur. Dum igitur ei quodam die ardentes ad libidinem faces a diabolo subicerentur, se in veprisbus tamdiu volutavit, dum lacerato corpore, voluptatis sensus dolore opprimeretur. Sed jam erumpente ex illis latebris fama ejus sanctitatis, quidam Monachi se illi instituendos tradiderunt: quorum vivendi licentia cum ejus objurgationem ferre non posset, venenum in portione ei dare constituit. Verum poculum ei praebentibus, crucis signum vas confrigit, ac relicto Monasterio in solitudinem se recepit.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. *v.* Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit illi.

**Lectio v.**  
**S**ed cum multi ad eum quotidie discipuli convenirent, duodecim Monasteria aedificavit, eaque sanctissimis legibus communicavit. Postea Cassinum migravit, ubi simulacrum Apollinis, qui adhuc ibi colebatur, comminuit, aram evertit, & lucos succendit: ibique Sancti Martini sacellum, & Sancti Joannis aediculam extruxit: oppidanos autem & incolas Christianis praeciptis imbuuit. Quare augebatur in dies magis divina gratia Benedictus, ut etiam propheticum spiritu ventura praediceret. Quod ubi accepit Totila Gothorum rex, exploraturus an re ita esset, spatharium suum regio ornata & comitatu praemittit, qui se regem simularet. Quem ut ille vidit: Depone, inquit, filii, depone quod geris; nam tuum non est.

Totile vero praedixit adventum ejus in Urbem, maris transmissionem, & post novem annos mortem.

**R.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. *v.* Induit eum Dominus loricae fidei, & ornavit eum. Et ad.

**Lectio vi.**  
**Q**uilibet mensibus antequam e vita migraret, praenotavit discipulos, quo die esset mortuus: ac sepulchrum, in quo suum corpus condi vellet; sex diebus antequam eo inferretur, aperiri jussit: sextoque die deferri voluit in ecclesiam: ubi sumpta Eucharistia, sublati in caelum oculis orans, inter manus discipulorum efflavit animam: quam duo Monachi euntem in caelum viderunt pallio ornatum pretiosissimo, circum eam fulgentibus lampadibus, & clarissima & gravissima specie virum stantem supra caput ipsius dicentem audierunt: Haec est via, qua dilectus Domini Benedictus in caelum ascendit.

**R.** Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrede in requiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. *v.* Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caetera regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri in Evangelio. Ecce nos reliquimus omnia, ut in Communii Abbatum. lxxij.

Nona Lectio dicitur de Homilia Feriae occurrentis, si celebretur in Quadragesima.

## DIE XXV. MARTII.

IN FESTO ANNUNTIATIONIS B. M. V. Duplex.

Si hoc Festum venerit in Dominicis privilegiata, transferendum erit  
Y 2 io



in Feriam secundam immediatē sequentem, translatō quocumque Fēsto etiam equalis, non tamen altioris ritus in eam incidente. Si verō occurrerit in Hebdomada majori, vel Paschali, tunc Annuntiationis Oficiū pari cum privilegio in Feriam ij. post Dominicam in Albis erit transferendum: & tunc in fine Antiphonarum, v. v. & B. additur Allelūia, & tres Psalmi dicuntur per singulos Nocturnos suo prima Antiphona illius Nocturni: quod etiam fit in omnibus festis quæ celebrantur tempore Paschali.

Ad Vesperas, Antiphona. Missus est Gabriēl Angelus, cum reliquis de Laudibus. 711. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis, ut in Oficio garvo B. Mariæ. cxxxiv.

Capitulum. *Isaia 7. c.*  
**E**cce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmānūel. Butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Hymnus.  
**A**ve maris stella,  
 Dei Mater alma,  
 Atque semper virgo,  
 Felix cœli porta.  
 Sumens illud Ave  
 Gabriēlis ore,  
 Funda nos in pace,  
 Mutans Hevæ nomen.  
 Solve vincla reis,  
 Profer lumen cæcis,  
 Mala nostra pelle,  
 Bona cuncta posce.  
 Monstra te esse Matrem,  
 Sumat per te preces,  
 Qui pro nobis natus  
 Tulit esse tuus.  
 Virgo singularis,  
 Inter omnes mitis,  
 Nos culpis solutos,  
 Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,

Iter para tutum,  
 Ut vidētes Jesum,  
 Semper collatēmur.

Sit laus Deo Patri,  
 Summo Christo decus,  
 Spiritui sancto,  
 Tribus honor unus.  
 Amen.

Y. Ave Mariā, grātia plena.

R. Dominus tecum.  
 Ad Magnificat, Antiphona.  
 Spiritus sanctus in te descendet Maria,  
 & virtus Altissimis obumbrabit tibi.

Oratio.

**D**eus, qui de beate Mariæ virginis utero Verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verē eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dōminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitorium.  
 Ave Mariā, grātia plena: \* Dōminus tecum. Psalm. Venite, exultate, *l.* Hymnus. Quem terra, item Antiphonæ, Psalmi, & V. V. Nocturnorum, ut in Oficio parvo B. Mariæ, cxxxvii. excepta ix. Antiphona, ejus loco dicitur Antiphona. Angelus Dōmini nunciāvit Mariæ, & concēpit de Spiritu sancto.

In primo Nocturno.

Y. Spēcie tuā & pulchritudinē tuā.  
 R. Intendē, prospere procedē, & regna.

De-Isaia Prophēta.

LECTIO j. *Cap. 7. b.*  
**E**T adjecit Dōminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Dōmino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dōminum. Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, molēstos esse ho-

hominibus, quia molēsti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dōminus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmānūel. Butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

R. Missus est Gabriēl Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph, nūncians ei verbum, & expansit virgo de lumine. Ne timeas Mariā: invenisti grātiā apud Dōminum. \* Ecce concipies, & paries, & vocabitur Altissimis Filius. Y. Dabit ei Dōminus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in ætēnum. Ecce.

LECTIO ij. *Cap. 11.*

**E**T egrediētur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Dōmini: spiritus sapiētiæ, & intellētus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus sciētiæ, & pietatis, & replēbit eum spiritus timōris Dōmini. Non secūndum visionem oculōrum judicabit, neque secūndum auditum aurium arguet: sed judicabit in justitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ: & percūtiēt terram virgā oris sui, & spiritu labiōrum suōrum interficiet impium. Et erit justitia cingulum lumbōrum ejus: & fides cinctōrium renūm ejus.

R. Ave Mariā, grātia plena: Dōminus tecum: \* Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascētur sanctum, vocabitur Filius Dei. Y. Quomodo fiet istud, quōniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus.

LECTIO iij. *Cap. 35.*  
**L**ætabitur desēta & invia, & exultabit solitudo, & florēbit quasi lilium. Germinans germinabit,

& exultabit lætabōnda & laudans: glōria Libani data est ei: decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt glōriam Dōmini, & decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillānims: Confortamini, & nolite timere: ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperientur oculi cœcorum, & aures surdōrum patēbunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, & apēta erit lingua mutōrum: quia scisse sunt in desēto aquæ, & torrēntes in solitudine. Et quæ erāt arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.

R. Suscipe verbum virgo Mariā, quod tibi à Dōmino per Angelum transmissum est: concipies, & paries Deum pariter & hōinem: \* Ut benedicta dicāris inter omnes mulieres. Y. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimētum: efficiēris gravida, & eris mater semper intacta. Ut benedicta. Glōria Patri. Ut benedicta.

In secundo Nocturno.

Y. Adjuvabit eam Deus vultu suo.  
 R. Deus in medio ejus, non commōvabitur.

Sermo Sancti Leonis Papæ.  
 Sermone 2. de Nativitate Domini.

LECTIO iv.

**D**eus omnipotens & clemens, cujus natūra bonitas, cujus voluntas potentia, cujus opus misericordia est: statim ut nos diabólica malignitas veneno sua mortificavit invidia, predestinata renovandis mortalibus suis pietatis remedia, inter ipsa mundi primordia præsignavit, denuntiatis serpenti futurum semen mulieris, quod nōxi capitis elationem suā virtute contēreret; Christum scilicet in carne venturum, Deum hominemque signans, qui na-



tus ex Virgine, violatorem humanæ propaginis incorruptæ nativitatis damnaret.

**R.** Ecce virgo concipiet, & pariet filium, dicit Dominus: \* Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus, Fortis. **V.** Super solum David, & super regnum ejus sedebit in ætérnum. Et vocabitur.

**Lectio 6.**

**N**am quia gloriabatur diabolus, hómínen suâ fraude decéptum divinis caruisse munéribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subiisse sententiam, seque in malis suis quoddam de prævaricatoris consórtio invenisse solatium: Deum quoque, justæ severitatis exigente ratione, erga hómínen, quem in tanto honóre condiderat: antiquam mutasse sententiam: opus fuit, dilectissimi, secreti dispensatione consilii, ut incommutabilis Deus (cujus voluntas non potest suâ benignitate privari) primam pietatis suæ dispositionem sacraménto occultiore compleret: & hominẽ diabólicæ iniquitatis versutia acutus in culpam, contra Dei propósitum non periret.

**R.** Egrediéitur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet: \* Et erit justitia cingulum lumbórum ejus, & fides cinctórium renum ejus. **V.** Et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapiéntiæ, & intelléctus, spiritus consilii, & fortitudinis. Et erit.

**Lectio vij.**

**A**dvenientibus ergo temporibus, dilectissimi, quæ redemptioni hómínun fuerant præscítuta, ingreditur hæc infans Jesus Christus Dominus noster, de cœlesti sede descendens, & à Paterna glória non recedens, novo ordine, novâ nativitate generatus: novo ordine, quia invisibilis in suis, visibilis factus est in

nostris: incomprehensibilis, vóluit comprehénderi: ante témpora manens, esse cepit ex témpore: universitatis Dóminus, servilem formam obumbrata majestatis suæ dignitate suscepit: impassibilis Deus, non indignatus est homo esse passibilis: & immortalis, mortis légitibus subiaceré.

**R.** Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus éfferans, nescio: Quia quem cœli capere non poterant, tuo grémio contulisti. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia. Glória Patri. Quia.

**In tertio Nocturno.**

**V.** Elégit eam Deus, & præclégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

**Lectio vij.**

**I**n illo témpore: Missus est Angelus Gabriél à Deo in civitatem Gallææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrósii  
Episcopi.

Lib. 2. in Lucam.

**L**atent quidem divina mysteria, nec facillè, juxta prophéticum dictum, quisquam hómínun potest scire consilium Dei. Sed tamen ex cæteris factis atque præceptis Dómini Salvatoris pòssumus intelligere, & hoc propensioris fuisse consilii, quod ea potissimum élécta est, ut Dóminum pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortassè ne diceretur, quòd conceperat ex adultério.

**R.** Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dóminum, quia cum essem par-

pàrvula, plàcui Altissimo: \* Et de meis viscéribus génuí Deum & hómínen. **V.** Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancillam hómínen respéxit Deus. Et de meis. **Benedictio.** Cujus festum cõlumus, ipsa Virgo virgínum.

**Lectio viij.**

**E**t ingressus ad eam Angelus. **D**isce virginem móribus, discé virginem verécundiã, discé oráculo, discé mysterio. Trepidare virginem est, & ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propósitum pudóris imitari. Sola in penetrabilibus, quam nemo virórum viderit, solus Angelus repéruit: sola sine cõmíte, sola sine teste, ne quo degénere depravarétur affátu, ab Angelo salutatur.

**R.** Gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabriélis Archàngeli dictis credidisti: \* Dum virgo Deum & hómínen genuisti, & post partum virgo inviolata permansisti. **V.** Beata es quæ credidisti: quia pèrfecta sunt ea, quæ dicta sunt tibi à Dómino. Dum. Glória Patri. Dum.

Si hoc Festum celebretur in Quadragesima, ix. Lectio dicitur de Homilia Peræe occurrentis, & de ea fit Commemoratio.

**Lectio ix.**

**T**anti namque mandati mysterium non hómínis fuit, sed Angeli ore proméndum. Hódie primùm auditur: Spiritus sanctus supervéniet in te. Et auditur, & créditur. Dénique, Ecce, inquit, ancilla Dómini, contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide devotiõnem. Ancillam se dicit Dómini, quæ mater eligitur: nec repentinò exaltata promisso est.

Te Deum laudamus. 13.

**AD LAUDES,**  
& per Horas, Antiphona.

**M**Issus est Angelus Gabriél ad Mariam virginem desponsatam Joseph. **Psalm.** Dóminus regnãvit, cum reliquis. 14. **Añã.** Ave Maria, grátia plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in mulieribus. **Añã.** Ne times Maria, invenisti grátiam apud Dóminum: ecce concipies, & paries filium. **Antiphona.** Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus: & regnabit in ætérnum. **Antiphona.** Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum.

**Capitulum.**

Isaia 7. c.

**E**Cce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmãnuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

**Hymnus.**

**O** Gloriosa Virgínum,  
Sublimis inter sidera;  
Qui te creavit, pàrvulum  
Lactente nutris ubere.  
Quod Heva tristis abstulit,  
Tu reddis almo gèrmine;  
Intrent ut astra fœciles,  
Cœli recludis cárdines.  
Tu Regis alti janua,  
Et aula lucis fulgida:  
Vitam datam per Virgínen.  
Gentes redemptæ plaudite.  
Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre & almo Spiritu,  
In sempiterna sæcula.  
Amen.

**V.** Ave Maria, grátia plena.

**R.** Dóminus tecum.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Quómòdò fiet istud, Angele Dei, quóniam virum non cognosco? Audi Maria virgo: Spiritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.